

Universitätsbibliothek Wuppertal

Davidis Ruhnkenii Opuscula Varii Argumenti, Oratoria, Historica, Critica

Ruhnken, David

Lugduni Batavorum, 1823

Epistola ad Herm. Bosscham

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1677)

EPISTOLA

AD VIRUM CLARISSIMUM

HERM. BOSSCHAM (*).

ERUDITISSIMO

H. BOSSCHA

S. D.

DAVID RUHNKENIUS.

Quandoquidem, me auctore, Eutropium ornare instituisti, indicabo Tibi fontem, a ceteris interpretibus neglectum, ex quo, ni fallor, aliquot emendationes vel explicationes in Eutropium derives. Intelligis, me significare Capitonis, Lycii, Metaphrasin Eutropii, versione Paeanii antiquiorem elegantio remque, de qua vide Suidam v. *Καπιτων*. Eam ne forte in perditis habeas, scito, bonam partem superesse apud Jo. Antiochenum in Excerptis Peirescianis, ut Valesius vidit, et apud Suidam, ut Kusterus ad v. *Ἀμύσσειν* et v. *Ἀργηλιανός* indicavit. Alia hujus versionis fragmenta, sed velut in transgressu, contulit Sylburgius ad Paeanium p. 539. His de caussis, operae pretium te facturum arbitror, si, toto Suida perlecto, Capitonis fragmenta, quae ex argumento cognoscere

[(*) Hanc nobiscum communicavit filius natus maximus, Petrus Bosscha, Professor Daventriensis: Eutropii illa editio prodiiit a. 1792. erat autem H. Bosscha tunc temporis Rector Gynnasii Harderoviceni.]

facile est, cum Eutropii textu compararis. Quod idem de Antiocheno dictum sit.

Capito non multum post Eutropium vixit, certe ante Stephanum Byzantinum, a quo laudatur.

Vale, vir egregie. Leidae, d. 28. Jul. 1790.

FRAGMENTUM EPISTOLAE

AD VIRUM DOCTISSIMUM

A. H. L. HEERENIUM.

EX HEERENII NOTITIA CODD. MSS. ECL.

J. STOBÆI. p. XLI, II.

Quod de Eclogarum codice quaeris, nullus unquam fuit in Bibliotheca Vossiana. Nam *P. Colomesius*, qui confecit indicem Vossianorum MSS. in Anglia editum, aut *Stobæi Eclogas ab editis discrepantes* appellavit supplementa ex cod. Antonini Augustini, quae sunt in Vossiana, aut ob oculos habuit alium praeclarum codicem Vossianum, Excerpta ex Stobæi Florilegio complectentem. Qui codex, cum obscure, vel potius inepte, indicatus esset in *catalogo Leidensi* p. 399. vir summus, *L. C. Valckenaerius* operae pretium duxit, accuratissimam ejus descriptionem dare in Diatrib. in Eurip. c. 19. p. 198.

— Aox. 1792.

EPI-